

divisionem anime ac^k spiritus. Pro quo sumo figuram Os. 13, 14: Consolacio abscondita est ab oculis meis. Ubi videte quomodo¹ ·N·:

Regum apex et solamen,	princeps timoratus	Consolacio
nos replevit anxiamen,	heu, quia est humatus.	abscondita
In virtute fulsit tamen	ob hoc adamatus.	est
Demus luctus et precamen	prios et ploratus.	ab oculis meis.

De primo Is. 40, 1 dicere poterit^m suis: *Consolamini, consolamini popule meus*. Item ibi 51, 12: *Ego ipse consolabor vos*. Item Ir 31, 13: *Consolabor eos et letificabo a dolore suo*. Sed modo non est, qui consoletur eam ex omnibus caris eius, Thr. primo, 2, scilicet animam principis nostri, quibus multa magnalia fecit in vita sua. Nota bene! — Sed ad deum amicum (fol. 62) constantissimum dicere potest: *Consolaciones tue letificaveruntⁿ animam meam*, in Ps. [93, 19]; duo media simul proba. Dixi 4^o: Demus deo nunc precamen prios et ploratus: ab oculis. Unde nostrum quilibet dicere potest: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*, Ps. 118, 136, *quia defecerunt oculi mei pre lacrimis* [Thr. 2, 11]. Unde Ambrosius de viduis⁵⁾: *Perpetua sibi gaudia parvis exiguisque fletibus emit ... usque mortuis prosunt*. Nota Cass. super eodem. Eapropter nostrum quilibet dicere potest: *Laboravi in gemitu meo ... usque rigabo*; in Ps. [6, 7]. Unde Eccli. [22, 10]: *Super mortuum plora*, quoniam *defecit lux eius*. Quia *sancta et salubris est cogitacio et cetera* [2 Mach. 12, 46]. Unde beatus Ieronymus in epistola ait⁶⁾: *O humilis lacrima, tua est potencia, tuum regnum; non est qui te vetet accedere tribunal iudicis, non vereris; accusatoribus amicorum tuorum*

^{k)} Fehlt Ms.

^{m)} potera Ms.

¹⁾ quo mit Kürzungsstrich Ms.

ⁿ⁾ leti Ms.

⁵⁾ Migne PL 16, 258.

⁶⁾ Im *Manipulus Florum* (siehe S. 205 Anm. 1) steht ein sehr ähnlicher Text, auch unter dem Namen des Hieronymus, von dem er jedoch nicht stammen kann, wie ein Blick in den „*Index alphabeticus in omnia opera s. Hieronymi*“ lehrt (Migne PL 30). Eher scheint Johann Chrysostomus als Autor möglich (vgl. das Stichwort „*lacrima*“ im *Index generalis*, Migne PG 64, 294). In clm 3764, einem Sammelband des 15. Jahrhunderts unter anderem mit einer Zusammenstellung von auctoritates secundum ordinem alphabeti, et sunt theologicales de diversis materiis, d. h. einem Florileg wohl auf der Grundlage des *Manipulus Florum* —, steht auf fol. [59] der Text mit nicht unerheblichen Abweichungen in Verbindung mit dem Namen Bernhardus. Die mit einem der Florilegien übereinstimmenden Stellen sind oben kursiv gehalten.